

Pactor, pactoris, Aliud uerbale (*ῥητορικὸς*) Cicero 7. Ver. 44, An fœderum interpretes, societatis pactores, religionis authores?

Pacivus, Adiectiuum (*συνδραστήριος*) Vulgò Conventionalis dicitur. Gellius lib. 1. cap. 25, Cessatio pugna pacitia, inducie dicitur.

Paco] *pacas*. Vide Pax.

Pacorus] *pen. corr.* (*παρόρος*) Suidæ Orodis regis Parthorum filius, eius qui Crassum dolo circumuentum interemit. Quam maculam postea Ventidius Bassus, Antonij legatus deleuit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæso. Horat. 3. Carminum,

Bis iam Monefos, & Pacori manus

Non auspiciatos contudit impetus

Nostros. Alij scribunt, Pachorus.

Pactia] *πακτία*, Stephano insula maris Aegei, una Cycladū, candido marmore nobilis, distans à Delo xxxvii. m. passuum. Alio nomine Paros dicitur. Author Plinius libro 4. capite 12.

Pactias] *πακτίας*, Agri Ephesij mons est Mycalie incumbens, & ab ea ad Mediterranea deflexus. Author Strabon. libro 14.

Pactia, Plinio (*πακτία* Ptolemæo) oppidum est Thracie ad Propontidem, non procul à Cherrhoneso: cuius meminit Plinius libro 4. capite 11. Sunt item Pactia, insulae quaedam in mari Lycio, apud eundem Plin. lib. 5. cap. 31.

Pactilis] Vide Pango.

Pactis] *dis*: Organum dichordum, quo ad psalmos canendos utebantur antiqui. Cæll. lib. 9. cap. 4. Improbata autem sunt & instrumenta alia, ut Pactides, &c.

Pactitius] Vide Paciscor.

Pactolus] *pen. prod.* (*πακτωλός*) fluvius Lydiae, aureis arenis Smyrnæos irrigans agros. Iuuen. Sat. 14. 13,

Quod Tagus & rutila Pactolus uoluit arena. Virg. 10. Aeneid. 29.

Liquores Pactoli. Propert. lib. 1. eleg. 13. 3.

Dives Pactolus rutilus despumat arenas. Claud. 5. Paneg. 11.

Lydius Pactolus. Senec. Oedip. 5. 13.

Rudentis Pactoli aurea stagna. Claud. 1. in Ruffinum, 21.

Pactoli opes, Figura proverbialis, quam in uarios usus accommodare licebit, quum de summis diuitijs sermo erit faciendus. Vfus est Philostratus. Vide Erasmus.

Pacton] est Scaphæ genus, ex uirgis ita compositum, ut textile quiddam uideatur. Strabo lib. 17.

Pactorum portus: sunt angustie in Cherrhoneso, seu portus angustus, à Pactis populis, aut pacto ibidem inuito. Strabo libro 7.

Pactum] Vide Paciscor.

Pacuius] *πακῦσιος*, poeta Brundusinus, Ennij sorore natus, emicuit quo tempore Scipio Numantiam deleuit. Scripsit tragœdias, deinde Tarentum se recepit: decessitq; nonagenarius, ut est author Eutropius: posuitq; sibi epigramma, quod Gellius adnotauit lib. 1. cap. 24. Hic (ut Quintilianus ait) grauitate sententiarum, pondere uerborum, auctoritate personarum clarissimus fuit, citra tamen nitorem. Pers. Satyr. 1. 8,

Sunt quos Pacuiusq; & uerrucosa moretur
Antiopa.

Pacuius Taurus, Aedilis plebis, qui Romæ restituit Sibyllæ statuam. Plin. lib. 74. cap. 5, Equidem & Sibyllæ iuxta rostra esse non miror, tres fini licet: una quam Sex. Pacuius Taurus Aedilis plebis restituit: due, quas M. Messala.

Pacyris] Scythiæ Europææ fluvius, in sinum Carcinitem influens. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

Thefauri pars 3.

Pades] Gallicum esse uerbum ait Plin. lib. 3. cap. 16. id est, Picea arbor, à qua & Padum nomen accepisse ait.

Padua] *παδασιον*, Vrbs à Padi uicinitate dicta, quæ & Patavium Ptolemæo, lib. 5. cap. 1. dicitur. Primò Antenorea dicta est, unde Antenorida: postea Patavini & Paduani. Apud Patavium natus est Titus Liu. historicus celeberrimus, qui res Romanas summa facundia perscripsit. Similiter Stella, & Valerius Flaccus poeta, & Paulus iureconsultus. Fertur quoq; Volusius poeta Patavinus, qui post Ennium rerum gestarū populi Romani annales carmine descripsit. Vide Plin. lib. 5. cap. 1. Catul. de Cinna poeta, epig. 90. 2,

At Volusi annales Paduam morientur ad ipsam.

Padus] *παδασιον*, fluvius, qui (ut Plinius lib. 3. cap. 16. scribit) è gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagienniorum uisendo fonte profluens, condèsq; sese cuniculo, & in Forouibensium agro iterum exoriens, nulli annium claritate inferior. A' Græcis dictus *Ἰπιδάσιος*, ac pœna Phaethontis illustratus. Augetur à Canis ortu, liquatis niuibus, agris quàm nauigijs torrentior. Metrodorus refert, quòd circa fontem arbor sit multa picea (quæ Pades Gallicè uocetur) Padum hoc nomen accepisse.

Populifer Padus. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 7.

Olorifer Padus. Claud. ad Serenam, 17. 3.

Refluens Padus. Valer. 8. Argon. 19.

Stagnans Padus. Lucan. lib. 4. 27.

Padusa] *pen. prod.* (*παδῦσα*) fluvius, quem Padi brachium Rauennam usque perductum facit, Massanicum alio nomine appellatum. Plinius lib. 3. cap. 16. Claud. in Epithal. Pallidij, 46. 22,

Eridani ripas, & rauca stagna Paduse.

Padaneus] Adiectiuum. Solinus cap. 33, Precium operæ est ire longius, ne Padaneæ syluæ credantur lapidem fleuisse.

Padinates] populi in octaua regione Italiæ. Plinius libro 3. capite 15.

Pædrus] Regio montana Iberiæ trans Cyru. Strabo lib. 11.

Pæan] *πæαν*, *pen. prod. m. g.* (*παῖαν*) Hymnus erat in Apollinis laudem decantari solitus, sicut dithyrambus in Lauadem Bacchi, ut Iulius Capitolinus inquit: qui non solum in auersione malorum decantabatur, sed etiam in uictoria. Interfecto enim Pythone, laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ pæana dixerunt. Virg. 6. Aeneid. 132,

— Letumq; choro pæana canentes. Abusuè tamen pro omni deorum laude ponitur. Vnde opus suum Pindarus de laudibus omnium deorum. Pæana inscripsit. Pæana uerò à *παῖαν*, medeor deriuatur: quòd scilicet morbis medelâ præbens, finem faceret. Vnde & Apollo ipse Pæan dictus est. Iuuenal. Satyr. 6. 18,

Parce precor Pæan.

Pæanem citare, Cicero Latine reddidit, quòd Græci *παῖαν* dicunt: idq; ad consuetudinem phonscorum in excitandis arterijs respiciens, quæ hoc uerbo explicatur. Videtur autem pæan esse contentionis uocis, sicut minuratio remissionis. Locus Ciceronis est lib. de Oratore 1. Qui & annos, etc. Hoc nos si facere uelimus, antè condemnentur ij quorum causas receperimus, quàm toties, quoties præscribitur, pæanem, aut minuritionem citarimus. Ex Turnebo. Vide Cito, citas, & Minuratio.

Pæan, pro dimensione certis non modò syllabis, sed syllabarum temporibus definita, pedis nomine à poetis & rhetoribus nuncupatus. Est autem pæan duplex, auctore Aristotele lib. 3. Rhetor. ad Theodect. Vnus, in quo prima syllaba est producta, quam tres breues sequuntur: ut *ἀλλογῶν*: alter, qui oritur à tribus breuibus, extrema producta: ut *ἀλλογῶν ἡ* *ἀλλογῶν ἡ*. Nec uerò Pæan prior aliud est, quàm choreus &

4 3 Pyrrichius